



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis**

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de  
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1675**

Facultas Ministri Generalis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72963)

# FACULTAS MINISTRI GENERALIS.

**P**ater FRANCISCUS MARIA RHINI DE POLITIO totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P.N. S.FRANCISCI Minister Generalis & servus &c. Dilecto nobis plurimum in Christo Rev<sup>do</sup>. Patri Fratri GUILIELMO HERINX Provinciae nostrae Germaniae Inferioris in Belgio Sacrae Theologiae Lectori Iubilato & Patri, nec non totius Ordinis nostri Definitori Generali salutem in Domino sempiternam.

**Q**uandoquidem intellexerimus Paternitatem vestram meditari secundam editionem *Summae suae Theologicae Scholasticae & Moralis in quatuor partes distributae*, uberesque primae editionis fructus nobis innotuerint: Hinc confidentes non minores ex secunda nascituros, tenore praesentium cum salutaris obedientiae merito Paternitati vestrae Reverendae facultatem concedimus, & adhortamur, ut servatis servandis, eandem suam Summam denuo, & alia quae praemanibus habet, ad majorem Ordinis honorem, beneficio praeli publici Juris faciat. Datum sub Chyrographo nostro sigilloque majori officii nostri, Parisiis in magno nostro Conventu Regular. Observ. die prima Januarij, Anno reparatae salutis supra Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo primo.

FR. FRANCISCUS MARIA RHINI DE POLITIO  
Minister Generalis.

Locus sigilli.

*De mandato suae Reverendissimae Paternitatis.*

F. FRANCISCUS à TREVINIO Secretarius Generalis  
Ordinis & linguarum.

## *Approbatio Theologorum Ordinis.*

**Q**uoniam omnia primae editionis exemplaria quartae partis, in qua tractatur de Incarnatione Verbi Divini & Mysterii vitae Christi, nec non de Sacramentis tum in genere, tum in specie Auctore R<sup>mo</sup>. P. F. GUILIELMO HERINX super Provincias Germano-Belgicas cum annexis Commissario Generali, totius Ordinis Ex-Definitore; Provinciae Germaniae Inferioris Patre perpetuo, ac in Academia Lovaniensi Lectore Jubilato, ob styli claritatem, Doctrinae sanitatem, fundamentorum, quibus eam probat, soliditatem, simul cum scribendi brevitate (quod rarum est) conjunctam, ab omnibus verae scientiae amatoribus, tum intra, tum extra Ordinem nostrum summopere laudata & aestimata, avidaque cupiditate expetita, modico ob impressionis tempore sint divendita & distracta: materia ab Auctore magna sedulitate revisa, ac solita methodo variis in locis utiliter aucta, a nobis autem diligenter relecta & commendata;

*Herinx Sum. Theol. Pars IV.* \*\*

ab

ab aliis verò non minori desiderio sit expectata. Hinc nos propter firmam  
uberioris fructus & gustus confidentiam, sentimus dignissimam, ut mediante  
præli beneficio publicam lucem videat, & toti orbi ad Incarnatum Verbum  
omniuin Sacramentorum Auctorem, facem præferat Lovanii 24. Octobris  
Anno 1674. in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum.

F. JUDOCUS SCAILLET *S. Theol. Lector.*

F. PETRUS DE MATTEBURCH *S. Th. Lector.*

### *Alia Approbatio.*

**I**ncarnati Verbi Mysterium, per quod lux divinæ claritatis mentis nostræ  
oculis infulsit, & Sacramentorum, quibus divini istius Verbi consortes, &  
hæredesque effimur, doctissime, mote suo, brevitate clarâ, claritate sub-  
tili explicat, illustratque hisce auctioribus Tractatibus Rmus. in Christo Pat-  
Frater GUILIELMUS HERINX Ordinis Fratrum Minorum Lector Jubilatus, in-  
per Provincialis & Definitor Generalis, modo Generalis similiter per Belgium  
Germaniam, Britanniam &c. Commissarius (quidquid clamitent Scholasticæ  
Theologiæ novelli, uti aliàs Lutherus, aliique ejusdem osiores) utilissime ad factæ  
Scripturæ, sanctorumque Patrum intelligentiam, imprimuntur, legenturque  
Datum Lovanii 25. Octob. 1674.

NIC. DU BOIS *S. Scripturæ Regius & Pri-  
marius Professor, Librorum Censor. &c.*

### *Censura Censoris Ordinarii.*

**I**nfrascriptus censeo *Summam Theologicam Scholasticam & Moralem*, à Re-  
verendo Admodum Patre F. GUILIELMO HERINX, totius Ordinis Sancti  
FRANCISCI Definitoro Generali, Provinciæ Germaniæ Inferioris Ex-pro-  
vinciali Ministro, ac Sacræ Theologiæ in Academia Lovaniensi Lectore Jubi-  
laro, à variis Theologis examinatam & approbatam, utiliter denuò in Lucem  
Typis edi posse. Datum Antverpiæ 13. Septemb. 1670.

AUBERTUS vander EEDE *Canon-  
cus & Archidiaconus Antverpiensis  
Librorum Censor.*